



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Institutione Sacerdotum, qui sub Episcopis
animarum curam gerunt, quo ad mores eorum & reliquam
vitam**

Soto, Pedro de

Louanij, 1562

5 De bonitate & malitia humanorum actuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30247

Lectio Quinta

DE BONITATE ET
malitia actuum humanorum.

VM igitur prima disti-
ctio actuum nostrorum
(vnde cætera quæ dix-
imus, proueniunt) sit
in bonos & malos, de horum ra-
tione nunc breuiter dicemus. Pri-
mum hoc constituatur: Bonum
& malum in actibus nostris in-
ueniri, sicut in cæteris rebus om-
nibus: secundum entitatē nempe &
perfectionē propriæ naturæ, vt
ait b. Thom. ar. q. 18. a. 2. Quātū
itaq; habet quilibet actus noster
entitatis, tantū habet pfectiōis &
bonitatis: & quantū deficit à pfecti-
ōne essendi, tantū deficit à boni-
tate. Ex quo proximè sequitur
quod etsi nō desint species quæ-
dā humanorū actuum, quæ ex se
indifferētes sunt, vt deambulatio
p forū & per agrū: in indiuiduo
tamen

tamen

68. DE BONITATE ET MALITIA

tamen omnis actus à ratione & voluntate manans, bonus est aut malus: quoniam non nisi ex alio quo recto fine procedit, què necesse est bonum esse aut malum: quæ est efficacissima ratio D. Thom. arti. 9. illius q. vt ambulatio per agrum sancte meditatio nis, salutis, aut certè inhonestatis causa. Ex eodem etiam inferitur, non vnã esse bonitatẽ vel malitiam in nostris actibus, sed multiplicẽ. Quia enim propria actuum nostrorum natura & perfectio ex conformitate ad rationem est: quicquid in illis rationi vel consentaneum vel dissentaneum inuenitur, bonitatem facit vel malitiã. Igitur quia actus nostri primò ab obiecto illo circa quod fiunt, accipiunt speciem & entitatem: prima eorum bonitas ex obiecto est, sicut & malitia, secundum quòd obiectum conforme est vel difforme recte rationi. Et hæc est bonitas vel malitia ex genere siue specie proprie vt rei
omnis
alienæ

AC
aliena
la: ele
Post
ex cir
pauca
hoc l
qui il
vbi d
rio lo
soph
o. Cir
phon
les tr
circu
tione
rum
& na
tinge
sicut
cunt
suis s
aut i
circu
ferre
& ita
hum
pter
hail

alienæ acceptio ex genere est mala: eleemosynæ collatio bona est. Post istā verò bonitatē alia est ex circumstātijs, de qua vt agatur, pauca de circumstātijs dicēda sunt hoc loco, iuxta ea quæ & anti- qui illi theologi, Greg. & Damas. vbi de voluntario & inuoluntario loquuntur, dixerunt, & philosophus 3. ethi. & b. Thom.

○ Circūstantiam itaque ex metaphora rerum corporalium morales transfulerūt ad actus nostros: circumstantiam vocantes conditionem quandam actuum nostrorum, extra substantiam quidem & naturam eorum, sed ipsos attingentem, et ad eos pertinētem: sicut illa circumstare corpus dicuntur, quæ extra naturam ipsius sunt, & aut ipsum attingunt, aut illi appropinquāt. Vnde has circumstantias plurimum conferre ad laudem vel vituperium, & ita ad poenam vel præmium humanorū actuū, constat: propter quod & Rhetores & moralis

q. 7. 1. 2.

de circū
stātijs a
ctuū hu
manorū

circū

circū

les

Numerus
& ratio
circūstā
tiarum.
Vbi.

Quādo.

Quomo
do.

Cur.

les de circumstantijs agunt: Nec minus hoc pertinet ad theologos & spirituales animarum iudices. Septem verò Cicero numerat circumstantias: Aristoteles 8. quanquam parum à prædictis diuersas. Earum igitur hæc est ratio, & numerus. Actum nostrum quædam respiciunt vt mensuræ, sicut locus & tempus. Et hæc sunt duæ circūstantiæ temporis & loci. Multū refert, an in loco sacro, an profano inferatur violētia: in publico, an occulto. Multum etiam refert, quo tempore indulgeat q̄s voluptati, sacro, an profano: abstinentiæ vel ieiunij, an alio. Alia conditio respicit actum nostrū vt ipsius qualitas quæ est tertia circumstantia, Quomodo. Non enim parum refert, elemosynam dedisse hilariter & promptè, aut cum tristitia & minus libenter: orasse deuotè, aut nō deuotè. Sunt rursus aliæ conditiones ex parte causarum actus vel finis: qualis est circūstantia, Cur.

Aliud

Aliud
rentiā
auariti
vana g
parte c
tia, Qu
quid o
facer a
nim fo
nio, ali
aut in
etiā in
b' aux
culo, a
materi
munt
& prop
vna po
parū, a
an par
an infe
apertè
nere a
nostr
ration
tire. Su
bonita

Aliud est enim ieiunare ob reuerentiā Christi crucifixi, aliud ex auaritia: dedisse eleemosynam ex vana gloria, aut ex pietate. Ex parte causę agētis est alia circūstātia, Quis. Quis scilicet sit qui aliquid operatur: senex an iuuenis, sacer an prophanus: Aliud est enim fornicari solutū à matrimonio, aliud laicū, aliud sacerdotem, aut in sacris constitutū. Ex parte etiā instrumēti sumitur alia quibus auxilijs. An quis percussit baculo, an gladio. Ex parte verò materię circa quā est actus, sumuntur duę alię. Quid scilicet, & propter quid, quas Cicero pro vna posuit, & ferè idē sunt: vt an parū, an multum quis sit furatus: an parem percusserit, an maiorē, an inferiorem, an alienum. Itaq; aperte constat hęc omnia pertinere ad rationem, & per ea actus nostros magis vel minus rectę rationi cōuenire, vel ab ea dissentire. Sumitur igitur ex eis secūda bonitas vel malitia actū nōrū.

Atque

Quis.

Quibus auxilijs
sive instrumētis.

Quid, siue Circa quid

Atq; inter illas præcipua est circumstantia finis: cur scilicet aliquid fiat. Placuit ita distinguere, ut post bonitatem, quæ est ex obiecto: secunda sit, quæ est ex fine, tertia, quæ est ex reliquis circumstantiis loci vel temporis, & cæt. Ita videlicet, ut eleemosynam conferre propter Deum pauperi, ubi, quando, & quomodo convenit, bonum sit vndique: sed hoc ipsum facere non propter Deum, sed propter gloriam vanam, malum sit ex fine: facere vero propter Deum, sed non quando oportet, vel quomodo, est malum ex circumstantiis, bonum vero ex obiecto & fine.

Prima bonitas et malitia actu ù ex obiecto, secunda ex circumstantiis.

Finis præcipua circumstantia.

Vbi hoc ultimo annotandum, quod ad bonitatem simpliciter actus (ut scilicet absolutè bonus dicatur) necessaria est obiecti, & finis, & omnium aliarum conditionum bonitas: quarum si minima defuerit, actus simpliciter est malus: quod ratio ipsa in cæteris rebus omnibus ostendit: propter
quam

quam
cōstare
singul
imper
mācus
lio vit
circum
no stri
sunt. E
(quod
to con
quādo
aliqua
tantur
speciē
cumst
dentes
propt
tristiti
ait. Ha
actus e
vel au
emplu
quis fu
collige
quam
tantur

quam dixit Dionysius, bonum consistare ex integra causa: malum ex singulis defectibus; sicut reuera imperfectus est homo, quod quis homo vel macus vel caecus est, vel aliquo alio vitio laborat. Ex his igitur & circumstantiis, & bonitas quae nostris actibus accidit, ostensae sunt. Ex quibus considerandum (quod maxime nostro proposito conuenit) circumstantias aliam quando mutare speciem actuum, aliquando vero non, sed augere tantum, vel diminuer eandem speciem. Primi exempla sunt circumstantiae actuum, ex bono redentes malum, ut eleemosyna propter vanam gloriam, aut ex tristitia & necessitate, ut Paulus ait. Haec autem circumstantiae istos actus efficiunt vel vanae gloriae, vel auaritia. Secundi vero exemplum sit, si parum vel multum quis furetur. Ex quibus exemplis colligenda certa ratio, propter quam circumstantiae mutant, vel tantum augeant, vel certe nihil

*Circūstā
tia ali
quando
mutant
speciem
actū, ali
quando
vero tā
tum au
gent aut
minuūt.*

D omnino

omnino faciāt ad actus nostros. Illæ enim quæ nouam conformitatem aut repugnantiam cum ratione habent, nouam constituunt speciem: vt furatum fuisse in sacro loco, est, præter furtum sacrilegium: percussio patris, est ultra violentiam, etiam impietas. Quæ non habent nouam conuenientiam, vel disconuenientiam, sed augent priorē, etiam reddunt actum meliorem aut peiorem, sed in eadem specie: vt multum vel parum furatum fuisse. Quæ verò nihil horum habent, imperitinētes & alienæ sunt: vt percussisse gladio, vel hasta: & huiusmodi alia. Ista huic loco sufficere debent, alibi plenius explicanda sunt.

LECTIO

Le

DE R

e



lo arca
ex dict
tib' h
delicer
nat, q
tertiu
mune,
perans
nus est
catū e
ctus ip
voca
confor
spositi
camus
oppos
malus